



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Praxis Episcopalis**

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quām brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Indicia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

imperiatione Bullarum ; si secundum, ipse Ordinarius providebit beneficiato de Bullis; si vero factis ab eo multis visitationibus , ad hoc non animadvertisit, sed in alia hoc sciverit, non censetur devolutum, quia per jura superius allegata, tempus non currit Ordinario, nisi a die verisimilis notiae , modò ignorantia non fuerit crassa, supina, vel affectata; tamen dico cum Rebuff. loc. cit. in ver. beneficium, §. 3. dicto 12.

Ad quartum, respondetur, quod tria enumerat Nayat. tract. de spolio, §. 11. nro. 4. Primum, componere cum Camera Apostolica, secundum, convertere illos in utilitatem Ecclesie suæ , vel beneficii; tertium, tradere illos futuro successori, qui tamen possit habere aliquam remissionem à primo, & à tertio, & non à secundo.

## INDICIA.

Primo, quæ indicia requirantur ad torturam, arbitratum esse judicis ait Abb. in c. cum in contemplatione, nro. 2. de reg. jur. an unus testis, gloss. in l. 3. C. ad leg. Iul. Majest. vide Ioan. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de prob. §. videndum, ver. 13. Bal. in apost. in l. 3 ff. de testib. Bar. in l. ff. ff. de quest. Salic. in l. ff. char. ult. C. de question.

Secundò, indicium est minus, quam semiplena probatio, unde duo indicia non faciunt plenam probationem,  
l. c. in probatio. ff. de prob.  
bat.

## JUS CATHEDRATICUM.

## SUMMARIUM.

- 1 An de iure debeatur.
- 2 Quantum pro eo debeatur.
- 3 Quis illud solvere teneantur.
- 4 An possit prescribi, vel per consuetudinem tolli.

AD primum respondetur, quod debetur presbyteros suos Episcopis, prout in c. conquerente. de offic. ordinari. singulis annis ratione honoris Cathedræ gl. ibi in ver. duos solidos, & pro festo Nativitatis, & Résurrectionis Domini nostri, solet dari, c. olim, de censib.

Ad secundum, text. tibi, taxat duos solidos, qui solvendi sunt secundum taxam, quæ antiquitus solvi consuevit : sed quia solidorum valor conformis non est, immò varius, attenta varia provinciarum taxatione, ut vult Covar. lib. 2. cap. 2. & 3. var. resol. & tract. de numis. §. primo, & secundo, facit cap. quia Subdiaconum, 17. q. 4. & d. ca. conquerente de officiis. idèo attendenda est diversarum Cathedralium consuetudo bona, & rationabilis, & Neap. vidi solvere per singulos presbyteros quinque Carlenos monetae Regni, & in diœcesi Compazana quatuor, & Archipresbyteros decem & octo. Ab. in cap. pastoralis, n. 7. de donat. dicit, quod quælibet Ecclesia particularis tenetur dare suo Episcopo singulis annis duos aureos.

Ad tertium, gloss. in d. c. conquerente, & text. dicit, quod à qualibet Ecclesia sua diœcesis , præterquam Monasteriis,